tatione ɔpareas feria ſexta vel die
mercurii:intelligit̄ de p̄xa feria.vi.
vl̄ die mercurii:per.l.eū.ff.de vbo.
obli. v. h° notatur. in.c.expoſuit
de dila. Si autem dies illa ſit feria
ta in quā citatꝯ eſt reus:an artet eū
ad veniendum ſiue cōparendum ?
hoc poteſt continger̄ dupliciter. vl̄
ibi exprimitur in citatione compare
at tali die dominico. vel non expri
mitur ſed dicitur compareas.x.die
et ille in iſtam diem incidit dies fe
riata. Inno.in.c.vl. de feriis poſt
recitationem opinionū videtur pla
cere finaliter:ꝙ licet in citatione ex
primatur error dicendo compareas
die dominico vl̄ compareas die.x.
et ille in diē dominicū īcidit:ꝙ ſem
per tenetur comparere. Ratio qa in
citatione duo videntur mandata :
ꝙ tali die compareat. et ſi illa die
non debet vl̄ nō poteſt:nihilominꝯ
videtur ſibi mandatum vt compa
reat q̄to citius poteſt. Hoſti. tenet
contrariū.et cum eo videtur tenere
richar.de ſenis.io.caldri. vbi vide
tur dicere ꝙ ſi error tacite inſit: tūc
remaneat citatio.quia tenuit a prin
cipio.vnde licʒ tunc caſus ſuperue
niens mandatum ſuſpendat : nō ta
men ex toto relaxat. et ita ſequenti
die tenetur comparere.ſecus ſi error
expreſſus eſt quia tunc negat citati
onem tenere. Ad hoc euitandum ho
die iudices ſunt cauti in citatiōibꝯ

ſic dicentes decima die compareas
ſi iuridica fuerit. alioqui proxima
die iuridica ſequenti . vnde conſu
lit iohan. and. in.c. vltimo de feri
is.ꝙ hanc cautelam iudices ſeruent
maxime quia poſſꝫ eſſe ꝙ apud iu
dicē nō eſſet dies feriatus et apud
citatum eſſet vt ibi patet per textū
quē ſinguli epiſcopi ſeruare debēt.
et ita ſeruant curiales et quandoqꝫ
alii iudices delegati. An teneat cita
tio et artet in caſu conuerſo: vt ſi fi
at citaº die feriato vt citetˀ reus ad
diem non feriatum. ibi etiam no. p
docto. finaliter io. an. vult ī nouel.
ꝙ tenet talis citatio et diſtinguit tri
plicem actum in citatione. primus
actus eſt preceptū de citando. 2ꝰ eſt
illius precepti executio videlicet ip
ſius citati actus. 3ꝰ eſt proceſſus in
choatus ex tali citatiōe. primus ac
tus vt dicit non requirit cauſe cog
nitionem . et ideo poteſt fieri die
feriato vt in. l. ii. C. de feri. 2ꝰ ac
tus eadem ratione ſimiliter poteſt
fieri die feriato. 3ꝰ actus eſt quan
doqꝫ inchoatiuus . iſte cum habeat
cauſe cognitionē tali die non poteſt
expediri . remittit ad ſpecula. de ci
tati. § . i. ꝟ. itē ꝙ citatio . Jo. ð cal.
tenet contrarium. et inter alias ratio
nes tenet ꝙ citatio eſt de proceſſu
etiam per ſe et principaliter. vt de ꝓ
ba. quoniam. pro hoc facit quia per
talem actum iuriſdictio perpetuatˀ.
ex quo ergo eſt actus iudicialis: nō
debꝫ fieri die feriato. Forte hoc tutiꝰ
et ita ſeruatur. Quando autem fit ci
tatio vt decima die compareat ꝛc̄.
an tunc dies receptionis ſeu inſinu
ationis litterarum citationis com
putetur in numero dierum expſſoꝝ
in citatione? no. guil. in ſpecu. de ci
tati. § . viſo. ꝟ. penul. et de dila. c. i.
. ꝟ. ſed pone. et tenꝫ ꝙ non compu
tetur . Item ſi in forma citationis
nō eſt appoſita certa hora videlicet
compareas die tali tali hora ſcilicet
veſperarum vel tertiarum . ex quo
non eſt prefixa certa hora debet iu
dex expectare reū ad finē diei vſqꝫ
ad illam horam que incumbit ante
noctis tenebras. de offi. dele. conſu
luit. de gratia tamen poteſt eum ex
pectare in diem ſequentem. vt ibi .
Item nec ð loco fit mentio: quia or
dinarius certum habet auditorium
vt. ſ. dixi. ſecus eſt ð delegato qui
debꝫ certū locū aſſignare. ð reſcrip.
. c. cum olim in. fi. Item dicitur in
forma cōpareas legitime. vnde po
teſt comparere per ſe vl' per procura
torem vt poſtea patebit. et delegatꝰ
non poteſt regulariter quem citare
vt perſonaliter coram eo cōpareat .
hoc tamen fallit in caſibus ð quibꝰ
in. c. i. de iudi. li. vi. Item dicitur ī
forma querimoniis talis reſponſu
rus et nō exprimitur cauſa propter
quā citatur: ſed per talē citationem
non inducitur litis pendentia . vt ī
clemē. ii. vt lite pendē. ad hoc ꝙ ci
tatio faciat litis pēdentiam ad effec
tum vt nihil poteſt innouari: requi
ritur ꝙ citatio ſit inſtruēs ſcilicet ꝙ
per eam conſtet ſuper quo debeat re
us conueniri. item ꝙ a competente
iudice ſit facta . et ꝙ pueniat ad no
ticiam citati. vt in clemen. i. vt lite
penden. de hoc tamen an in citatiōe
ſit cauſa exprimenda: vide io. an .
in additi. ſpecu. ſuper verbo. item

ꝙ in nulla cauſa. ⁊ ibi videtur tene
re ꝙ exprimenda ſit cauſa propter
multas ratiões quas ibi adducit.
ſed communiter non ſeruatur. Item
citatur ſolum̃ vt respondeat queri
moniis actoris in cauſis in quibus
poteſt procedi lite non conteſta. de
quibus. ſ. feci mẽtionem. poteſt ta
men reꝰ a pͥcipio citari ad totam
cauſam. quia ad procedendum ⁊ ꝓ
cedi videndum in tali cauſa ad om
nes et ſingulos actus incumbentes
ſeruatis terminis debitis et conſue
tis vſqꝫ ad ſententiam diffinitiuam
incluſiue cum õnibus ⁊ ſingulis ac
tis actitatis et ſcripturis litteris et
munimentis quibus in negocio hu
iuſmodi vti intendit et ſe iuuare cũ
terminatiõe vt ſiue compareat ſiue
nõ: nihilominus in cauſa predicta
prout iuſtum fuerit ipſius citati cõ
tumacia ſeu abſentia non obſtante
procedemus. et quando talis eſt cã
et eomodo citatur: nõ oportet eum
poſtea ad ſingulos actus de nouo
citari. alias ſi non eſt cauſa priuile
giata in proceſſu. vel ſi eſt talis ſed
non eſt citatꝰ iſto modo ſed ſolum
querimoniis: tũc oportet ipſum ad
ſingulos actꝰ vocari. et videtur di
cere guil. in ſpe. de cita. ꝗ. viſo. Di
cit tamen ibi io. an. in addi. ꝙ hoc
procedit vbi iudicium eſt r̃motum
a loco citati puta a curia (quia eſſꝫ
difficile citationem ꝓ ſingulis acti
bus mittere) poteſt procedi ad exa
minationem cauſe ⁊ diffinitionem
ſi pars non venerit. ſi autem vene
rit aut procurator citabit̃ ad ſingu
los actus etiam ſi in vno fuerit con
tumax. de quo plenius per io. an. i
additi. ſpecu. loco allega. In fine ci
tationis ponitur datum nec ſubſcri
bitur teſtibus. ſed ſufficit litterã ci
tationis eſſe ſigillatam ſigillo iudi
cis ſiue ſit aũiudicial' ſiue de iudici
ali. vt notatur in. c. quoniam de ꝓ
bati. citationes tamen que emanaue
runt de curia rediguntur per tabelli
onem in publicam formã. et hoc eſt
tutius in arduis maxime coram de
legato et in de decreto citatis: et eiꝰ
forma que cũ poteſt extẽdit̃ prout
viſum fuerit expedire.

Quomodo citans cui comiſſa eſt
citatio faciẽda debꝫ ſe haber̃.

Vnc videamus ꝺ actu ipſius
citationis qualiter ille debet ſe
habere cui committitur citatio facien
da per litteras vel viua voce. quia
debet acceder̃ ipſum citandũ et cita
re ſcd̃m ꝙ ſibi eſt iniunctũ ſi citan
dus copiam ſui facit. ſi non poteſt
eum habere perſonaliter: de hoc pro
teſtetur ⁊ de diligẽª ſup hoc facta.
ſemper enim citãdus eſt quis perſo
naliter ſi inuenitur. de eo qui mittit̃
in poſ. c. vlti. ſi non inuenitur: cite
tur procurator eiꝰ ſi quem dimiſit.
quem tenetur dimitter̃ ſi ſe abſentet
maxime ſi ſemel eſt citatus. ꝺ procu
ra. dilectus. ꝺ eo qui mit. in poſſeſ.
cauſa rei ſeruan. c. vlti. ſi procurato
rem nõ dimiſit: tunc fiat citatio ad
domum et requirantur amici. de quo
in. c. cauſam de do. et contu. in glo.
et in. c. vlti. e. ti. et in. c. vlti. de eo
qui mit. in poſ. Item in eccleſia in
cuius parochia degit et moratur cũ
populꝰ ↄuenit ad diuina. vl' ſi tra
ditur forma certa in citatiõe videlꝫ
vt in tali die et tali loco publicet̃:

iſta ē ſeruāda. vt in .l. ſi diligenter .ff. mādati. et in .c. dilecta ḋ r̄ſcrip. vt in citationibus que emanāt a curia. in quibus ſcribitur ſi eius copiam habere poteritis: alioquin in domo habitationis ſue et in eccleſia cathedrali. non tamen debet citans intrare domū citādi eo inuito. de quo in ſpe. ti de citationibus. §. ſequit᷑ .ṽ. ſed an res. et in clemen. cauſam de elec. Et dicitur abſens qui eſt extra prouinciā vt ibi no. q̄diu ergo quis copiam ſui facit non eſt citandus ad domū: quia ad citationem ad domum recurritur quaſi ad vltimum refugiū. vt no. hoſtien. ḋ do. et contu. cām q̄. nō niſi in caſibus in quib⁹ etiam ſufficit prima vice. ⁊ quando locum habeat citatio ad domum viḋ plene per ino. ⁊ alios in .c. vlti. de dolo ⁊ con. Et quādo locus citandi nō poteſt tute adiri: papa mandat citationem fieri per edictum. de quo de iudi. c. i. in cle. et poteſt ille cui comittitur citatio facienda p aliū citare. vt tenet gof. et hoſtien. in .c. vlti. de eo qui mittitur in poſſeſ. licet ibi petr⁹ et abbas tenent contrariū. et debet fieri cita° claris verbis. An autem credat᷑ nūcio referenti ſe citaſſe: tractat guil. in ſpecu. ti. de cita. et cōſuluit ꝙ iudex quilibet maxime delegatus preſente actore ⁊ tabellione iniūgat nūcio ꝙ ipſe talem reū ex parte ſui citꝫ ſub tali die ſcilicꝫ ꝙ tali die ⁊ loco compareat peremptorie in tali cā coram eo reſponſurus ⁊c̄. datum ⁊ actum ⁊c̄. et tunc ille notarius preceptum iudicis ⁊ mandatum nūcio factum redigat in actis. quia dato

ꝙ nūcio credatur ſuper actu citationis per eum facto: non tamen creditur ſibi ſuper comiſſione ſibi facta. vt ibi dicit io. an. in addi. nā gof. tractando de edicto ſi qs in ius vo. ⁊c̄. dicit ad hoc ꝙ loc⁹ ſit huic edicto ſex eſſe neceſſaria. quorū 2m ponit ꝙ de mandato iudicis facta ſit citatio. et hoc ponit propter multos nūcios qui ſine mādato vocant interdum. et propter hoc dicit io. an in addi. ſpecu. in loco ſtatim alle. r̄probatur ꝙ in multis formis ſeruatur ꝙ preceptum de citando nūcio factum non ſcribitur. ſed quando ſcribitur relatio citationis: dicitur ſic. retulit talis nuncius ſe de mandato iudicis citaſſe talē. ſcribat ergo notarius in actis quomō talis iudex conſtituit talem nūcium ſuū ⁊ citationes in tali cauſa faciendas. qui nūcius iurat corporaliter tacto euāgelio ōnes ābatiatas et citationes ī eadem cauſa ſibi per iudicem impoſitas et imponendas fideliter facer̄ et referre. Et ibi etiā io. an. in additi. ſpecu. in iſto dubio an credatur nuncio etiam publico adiurato ſuper citationibus vel an potius ſtādum ſit iuramento partis volentis iurare ſe non eſſe citatam: recitat diuerſas opiniōes. quid ſenſerint doctores circa hoc et practici: hoſtien. ī ſumma ī rubrica de cōtumacia. §. .ii. ṽ. quid ſi abſens: tenet finaliter hoc r̄linquendum eſſe arbitrio iudicis qui perſonarum et negocii qualitatem penſet vel credāt: vel neganti ſe citatum iuramentū deferat ad ſuam innocentiam oſtendendā. Et hoc placꝫ io. an. in addi. vbi ſupra

propter graue periculum quod im
minꝫ probo viro eo nõ citato ex dic
to vilis ribaldi. nõ tamen hoc eſt ſic
arbitrariũ ſicut illud de q° in. c. cõ
ſuluit de offi. dele. de quo non licet
querulari. vnde ſi iudex hoc caſu
male arbitret᷑: poteſt per grauatum
appellari. quandoqꝫ enim videmꝰ
iudices peſſimos ſicut et nuncios.
Quando vero citatio fit per litteras
probatur facta citatio hoc ipſo vt
citator remittat litteram citationis
ſeu comiſſionis ſibi facte apponen
do ibi ſuum ſigillum. ⁊ hoc habet ge
neralis cõſuetudo. ita no. per hoſ.
in. c. quoniam de proba. tamen me
lius eſt ꝙ p̲ litteras ſuas ſcribat diẽ
et formam citationis facte: maxime
quãdo fit citatio vt die. x. vel. xii.
cõpareat.

Quomõ citat᷑ capitulũ.

Qualiter autem citari debeat ca
pitulum no. in. c. bone de elec
ti. i. qa ipſũ capitulũ capitulariter
cõgregatũ citari dẽt ſi poteſt reperiri.
et ſi non poteſt conuocari et nolũt
congregari: tunc faciet homo quod
poteſt. vnd̄ citetur publice in eccle
ſia. vt ibi dicitur in glo. que ſic inci
pit et ſic citantur. etiam ſinguli: nõ
tanqꝫ ſinguli ſed tanqꝫ illi ex quibꝰ
conſtituitur capitulum. et qui vna
cum aliis faciunt capitulum alias
citatio nõ valeret: quia cauſa capi
tuli nõ eſt cauſa ſingulorum vl' ecõ
uerſo. xii. q. ii. qui manumittit. et
no. in. c. bone iam alle.

Facta citatione.

Facta citatione ſic fit per nunci
um. redeat nuncius ad iudicẽ
referendo ſibi in preſentia tabellio
nis qualiter. vbi. et quando. et ad
quid reum citauit. et iſta nũcii rela
tio eſt ĩ actis ſcribenda. et poteſt ſic
ſcribere notarius. Anno tali die tali
coram tali iudice in mei notarii pre
ſentia talis nũcius retulit ſe citaſſe
talem et perſonaliter apprehenſum
et inuentũ. vel ſi nõ fuerit apprehen
ſus retulit ſe dixiſſe procuratori ta
li vl' ſue familie ꝙ tali die ⁊ tali ho
ra ꝯpareat coram predicto domino
iudice ad procedendum et procedi
videndum in tali cauſa que vertit'
inter ipſum ⁊ talem ſuper tali re. vl'
ad iurandum vel iurari videndum
de calumnia. vel ad videndũ iurar̄
teſtes ⁊c̃. Ille vero cui comittit' cita
tio facienda per litteras ſolet ĩ cedu
la affixa citationi vel in ipſa citati
õis carta a tergo ſcriber̄ ſub hac for
ma. Ego Ɖ plebanus cognoſco me
litteras preſentes tali die publicaſ
ſe et tali intimaſſe et eſſe fideliter ex
ecutum ipſum citando prout rece
pi in mandatis. In cuiꝰ teſtimoni
um ſigillum meũ preſentibus eſt ap
penſum. vel ſic. Ego rector talis ec
cleſie ſcd̃m formam preſentis mãda
ti citaui talem tali die iuxta preſen
tium litterarum continentiam et te
norem. in cuius teſtimonium ⁊c̃ vt
prius. Utrum autem ordinarius
poteſt citare ſubditum ſuum extra
iuriſdictionem ſuam per nũcios vel
per litteras: no. ĩ. c. rhomana in. ꝗ.
contrahentes de foro competen. li.
. vi. Quia igitur citatus per iudicẽ
et de ipſius mandato debet in termi
no coram ipſo iudice comparere. et
ſi non comparet contumax reputa
bitur. et hoc ſi eſt ſuus ordinarius

iudex ille qui citat ſeu q citare facit ſiue mandat. vel delegatus et hoc exprimitur in citatiõe vt dictũ eſt. vel etiam ſi nõ vt dictũ eſt eſt ſuus proprius ordinarius: habet tamen alias ordinariã iuriſdictionẽ. et in citatione exprimitur etiã cauſa que ſi vera eſſet deberet coram eo reſpõ dere. vt quia dixit ipſum contraxiſſe vel deliquiſſe in terra que eſt de iuriſdictione citantis. d quo plene per doc. in. c. ii. de dila. alias ſi nõ comparet contumax reputatur. Si vero citatio eſſet talis q non artarꝫ ad veniendum nec per conſequens inferret contumaciam ſicut eſt cita° temeraria que non artat vt in. c. bone. ii. de elec. concor. clemen. paſtoralis de re iudi. d. notorium. Et multi ſunt caſus in quibus citatus venire nõ poteſt nec tenetur. d quo in g. i. c. veniẽs de accu. per io. an. et ſuper ea. Et ſolꝫ d hoc tradi vna general regula in. c. ii. d dila. videlicet q vbicunq in citatione ponitur aliquid iniuſtũ vel inhoneſtum vel tale quod certum eſt ponere exceptionem dilatoriã iudicis. vt ſi citatur ſpoliatus q reſpondeat ſpoliatori in cauſa ciuili vl aliter in cã criminali: vel militi alterius negocium procurãti. ex quo talis error exprimitur in citatione: ire nõ tenetur citatus. et idem ſi alias eſt notoriũ ſcdm aliquos. de quo eſt dicendum vt ibi. Aliqui diſtingunt quia aut ipſo iure deficit iuriſdictio citãtis. tunc citatus ſi illud eſt notoriũ venire non tenetur nec valet proceſſꝰ contra eum ope exceptiõis. et põt citatus ſe ſubſtrahere ⁊ excipere. alias tenebit proceſſus contra eum. de quo per io. an. in addi. ſpecu. de cita. §. i.

Quis dicitur otumax.

Unde contumax dicitur ille q tribus edictis vel vno perẽptorio citatus non venit. vel venit ſed nõ obedit. vel illicentiatus recedit. ita diſtinguit guil. in ſpe. de cõtumacia. §. i. ſed hoſtien. in ſumma ſic diffinit. eſt erga iudicem vel prelatum comiſſa inobedientia. ⁊ dicit comiſſa: quia non ſemper obediendum eſt. de quo de tempo. ordinan. c. ad aures: in glo. ii. et ſuper ea. Et diuerſi ſunt modi cõtumacie. d quo in. c. ii. de dolo et contuma. in glo. et ſuper ea. in. c. quoniam frequenter vt lite non conteſta. in. §. i. qa ſi latitat vel impedit ne citatio ad eum perueniat vl minus inſtructus comparet. d quo in ſpecu. de contumacia. §. i.

Contumaª ẽ multiplex.

Item multiplex eſt contumacia. aliqua eſt vera vel vere q̃ alias dicitur euidens vel notoria: vt quando citatus reſpondꝫ ſe non venturum nec q portabit pedes. et an ſufficit hoc dicere extra iudiciũ: quia ſi in iudicio hoc diceret eſſet idubitatum. Et alia ſeptem dubia circa hoc pulchre tractat ioban. an. in addi. ſpecu. de contu. §. i. 2ª otumacia eſt vera et preſumpta. vt quia apprehenſus eſt et citatus perſonaliter ſed non venit in termino. iſta dicitur eſſe vera eo reſpcũ quia apprehenſus perſonaliter. preſumpta tamen dicitur in non veniendo: poteſt forte excuſari per aliquod

impedimentum. 3ª contumacia eſt ficta: vt quia non eſt apprehenſus perſonaliter ſed citat⁹ ad domum. de quo etiam in clemen. de do. et cō tu. in glo. magna. et valēt iſta ſciri propter ſequentia. et maxime ad iſtud quia pro contumacia obligat᷑ contumax ad reſtitutionē expenſarum. ſed qualitas predicta videlicʒ ſi eſt contumax euidens ſeu notorius aggrauatur ex tali qualificatione ex duobus ad expenſas. non dico ad reſtituendas: ſed prius reſtituendas anteq̄ꝫ abſoluatur. de ſenten. excomu. venerabilibus. §. ſec⁹ li. vi. 2ª in eo ꝙ non habet beneficiū velocis reditus vel aduent⁹ coram iudice. de quo per io. an. in additi. ſpecu. ti. ſupra allega. Si igitur actor eſt contumax: punietur vt i. c. actor de dolo et contu. li. vi. quia ſoluit expenſas: et cum hoc non admittitur ad aliam citationē niſi cautionem faciat ꝙ velit ꝺ cetero comparere vt ibi. poteſt etiam tunc reo inſtāte et docer̄ volente de iure ſuo procedi ad diffinitiuā ſententiam lite non conteſtata de quo in. c. cām de dolo et contu. et qualiter tūc ſit procedendum et in quibus citatiōibus vocandus ſit actor contumax vide plene per inno. et alios in. c. i. vt lite nō cōteſta. ſed ſi eſt cauſa in qua procedi non poteſt lite nō conteſtata. ex priuilegio iuris vel hominis vt. ſ. dixi. de quo in clementi. diſpendioſam et in clemen. ſepe: tūc procedi poteſt in pricipali ad receptionem teſtium et diffinitiuā ſententiam in contumacie penā rei. ita tamen ꝙ reus citetur ad ſingulos actus. de quo vt. ſ. dixi. et ſic conſeruatores dati vniuerſitatib⁹ ſtudiorum procedere poſſunt in principali contra contumacem. tamē ꝺ ſpeciali mandato principis procedere debēt ſimpliciter et de plāo ⁊c̄. poſſunt tamen ſi volunt cōtra reum cōtumacem procedere et excomunicare vel miſſionem ſicut alius iudex facere. Termino igitur citationis aduenīēte: actor cōpareat per ſe vel per procuratorem ſuum (ſi talis eſt cauſa in qua conſtitui poteſt ꝓcurator) cum litteris citationis. et faciat fidē iudici de executione ſeu inſinuatione citationis facta reo p modū quem dixi accuſando contumaciam. et cōtra eum tanq̄ꝫ contra contumacē procedi. ⁊ faciet ōnia redigi et ſcribi in actis. de proba. quoniam. et iudex pronūciabit ſeu r̄putabit eum contumacē ſic dicendo. talem per nos et ꝺ mandato noſtro citatum in die hodierna ad inſtantiam talis ſuper re vel cauſa tali et ſufficienter expectatū nec per ſe nec per procuratorē comparentē nec cōparere curantem: ad petitionē et requiſitionem ipſius actoris vel ſui procuratoris comparentis ac petentis oſtendere per nos contumacē reputari reputamus prout eſt merito cōtumacem. et iuxta iſtam formā etiā ſcribat tabellio anno domini ⁊c̄ die tali hora tali coram tali iudice comparuit talis actor vel talis eius procurator qui procurator mandatum procuratoriū cuius tenor inſeritur produxit vna cum litteris citatiōis et aliis litteris ſigillo talis ſignatis vl inſtrumētis ſuper executione vl̄

intimatione citationis eiuſdem cō
fectis . quoꝛum ſimiliter tenoꝛes in
fra continētur. et talis citati nō cō
parentis cōtumaciam accuſauit pe
tens eum per ipſum iudicē pꝛonun
ciari et reputari contumacem . vel
ſibi decerni ꝯtra eum litteras oppoꝛ
tunas. quē diutius expectatum ip
ſe iudex contumacē reputauit et lit
teras decreuit ꝯtra eū oppoꝛtunas.
Hec eſt vis an ſic ſcribat tabellio in
perſona ſua an ſcribat in perſona iu
dicis iſto modo . talem nō compa
rentem diutiꝰ expectatū reputamꝰ
contumacē. de hoc de cōuerſi. cōiu
ga. dudum. de fi. inſtru. c. i. et . ii.
et ita debet actoꝛ comparere in ter
mino coꝛam iudice et cōtumaciam
rei accuſare. ſi etiam actoꝛ non com
parꝫ ⁊ iudex etiam ē abſens ⁊ impe
ditus ita ꝙ ſi ꝯparuiſſꝫ non fuiſſet
pꝛoceſſum ī cauſa: an reputatur cō
tumax et condēnari debeat in expen
ſis ? eſt glo. notabilis in . c. vlti. de
dolo et contu. et eſt glo . vl. Et po
teſt iudex a qua pena vult incipere
vel ab excomunicatione vel miſſio
ne. vt in. c. tue ut lite non conteſta.
et ibi notatur . et debꝫ iudex a pꝛin
cipio eſſe contentus alterutra pena
que magis timetur. vt. e. ti. quoniā
. §. vlti. in fi. honeſtum tamen eſſet
vt a miſſione inciperꝫ : quia pꝛius
recurrendum eſt ad res ꝙꝫ ad perſo
nas vt ibi notatur. Iudex ergo ꝓ
cedēdo ad miſſionē cōtra contuma
cem in actione reali puta ſup equo
vel fundo: decernat actoꝛē eſſe mittē
dum in poſſeſſionem rei petite cau
ſa cuſtodie. et fiet miſſio per hec ver
ba: decernimus conſtituimꝰ vel mit
timus vel iubemus te eſſe poſſeſſo
rem talis rei cauſa cuſtodie. ⁊ volu
mus ꝙ talis noſter miniſter ponat
te actualiter in poſſeſſionē. et talem
miniſtrum debet dare iudex vt hec
impleat et ei referet quando factum
ſit. ita dicit innocē. de eo qui mit. in
poſ. c. vlti. Et licet inno. ponat
etiam aliā miſſionis foꝛmam: illa ta
men placet hoſtien. et io. an. in no
uella. et ex tali miſſiōe ex pꝛimo de
creto iudicis: actoꝛ talis poſſeſſoꝛ
erit rei ſed comutabilis: quia ſi reꝰ
venerit coꝛam iudice infra annum
et cautionē pꝛeſtet de ſtando iuri et
reſtituat expēſas actoꝛi: ipſe poſſeſ
ſionem recuperabit. vt i. c. quoniā
frequenter. §. in aliis vt lite nō cō
teſtata. Et dato ꝙ actoꝛ miſſꝰ i poſ
ſeſſionem: pꝛopter potentiam rei vel
dolum nō poteſt poſſeſſionē coꝛpo
raliter adipiſſi: adhuc iuris diſpo
ſitione videtur poſſidere ad effectū
pꝛeſcriptionis annalis. vt in. c. cō
tingit de dolo et contu. Si vero reꝰ
non venerit infra annum pꝛeſtando
cautionem vt dictum eſt et reſtituē
do expenſas: actoꝛ etiam circa 2m de
cretum per anni ꝯcurſum verꝰ erit
poſſeſſoꝛ ſcd̄m ꝯmunē opinionem.
vt in alle. §. in aliis et ibi nota. de
dolo et contuma. contingit. et reus
non auditur poſtea niſi de pꝛopꝛie
tate illius rei. ſi autem eſt actio per
ſonalis puta ꝙ agitur circa condi
tionem ex mutuo et reus eſt contu
max: mittetur actoꝛ ī poſſeſſionē re
rum mobilium contumacis ſi talia
habeat . alioquin in poſſeſſionē im
mobilium pꝛo mō ⁊ menſura debiti
declarati in libello actoꝛis. Qꝛ etiā

habet declarare iuramēto et an hoc ſufficiat et requiratur probatio per teſtes vł iſtrumēta : tractat guil. in ſpecu. de contu. §. ſequatur. v. itē quod dicitur. de offi. iudi. §. vlti. vbi per io. an. in addi. ſpecu. ſuper verbo 3° dicendum. et ſuper verbo 6° querendū. et vſqȝ ad q̄tum tem pus tunc audietur reus ſuper illis rebus in quas miſſio facta eſt: legi tur et notatur vt lite non conteſta. quoniam. §. vlti. in fi. ⁊ ibi in glo. fi. et ſuper ea . quia auditur donec interueniat 2m decretum. An ⁊ quan do auditur ? refert an per 2m decre tum ſit adiudicata poſſeſſio actori an res ſit adiudicata in ſolutum. ſi eſt adiudicata poſſeſſio: auditur: ſȝ actor habebit comodū poſſeſſionis donec principale ſit finitum . ſi res iudicata eſt in ſolutum: preclusa eſt via reo quia tunc nō auditur. et iſ ta habet locum in contumacia ante litē conteſta. Quid aūt ſit in cōtūa cia poſt litē cōteſtatā? contra contu macem nō debet iudex multum feſ tinare ad faciendum miſſionem. de dolo et contu . contingit in prima glo. punitur etiam contumacia per pignoris captiōem et aliis modis. de quo in ſpecu. de contu. §. vlti. ⁊ ꝙ iudex eccleſiaſticus poteſt impo nere mulctā: habetur de penis licet. no. de dolo. et cōtu. c. i. Et de mulc ta ponit hoſtien. ſpecialē rubricam in ſumma de ſenten. et re iudi. et de ea tractat ſpecu. in ſumma de proba tione. §. ii. v. et q̄ta.

Quomō cōtumax excomunicatur ꝓ otumacia.

I autem iudex vult infligere contumaci penam excomuni cationis: ſic procedat contra eum. habet eum monere ꝙ adhuc obedi at comparendo infra certum termi num et contumaciā ſuam expurgȝ. et ſi iudex eſt delegatus: poteſt ſcri bere ſub iſta forma.

Forma monitionis ad expurgan dum cōtumaciam coram iudice de legato ſubſequēte excōicatiōe.

n Decanus talis eccleſie iudex cauſe et partium infraſcripta rum a ſe. ap. ſpecialiter delegatus. vniuerſis et ſingulis dominis. pre poſitis. decanis. ⁊c. qui preſentibꝰ fuerint requiſiti. ſalutem in domīo et mandatis noſtris ymmo verius apoſtolicis firmiter obedire. Hup auc̄te apoſtolica nobis in hac parte comiſſa citauimꝰ ⁊ citari fecimꝰ ta lem vt tali die pro termino pempto rio ſibi aſſignato comparȝ in tali lo co legitime coram nobis: querimo niis talis reſponſurus. ſed quia idē citatus in termino huiuſmodi ſuffi cienter expectatus: cōparere cōtem ſit. vnde predcō H actore vel eius procuratore coram nobis ī termino predicto comparente et predicti ci tati nō comparentis contumaciam accuſante et petente ipſum ꝓut me rito nos reputamꝰ otūacē reputari et pro contumacia huiuſmodi per nos procedi : cōtra eum duximus ꝓut expediēs fuerit procedēdū. id circo vobis ōnibus diunctim et di uiſim in virtute ſancte obedientie ⁊ ſub pena excomunicatiōis quam in vos et quemlibȝ veſtrū ſi mandatū huiuſmodi noſtrū neglexeritis vel

contẽpſeritis adimplere: canonica
tamen trium dierum monitione pre
miſſa i his ſcriptis ferimꝰ. firmiter
et diſtricte precipiendo mandãtes
quatenus accedatis quo propterea
fuerit accedendũ. et memoratum ꝯ
tumacem publice et diligenter mo
neatis. quẽ et nos peremptorie pre
ſentibus admonemus vt infra. xii.
dies continuos a monitione huiuſ
modi computandos. predictam ſu
am purgando contumaciã iuri pa
reat coram nobis. aut cum prefato
N actore amicabiliter vel in iure ſe
componat. alioquin ipſum pro cõ
tumacia huiuſmodi excomũicamꝰ
in dei nomine in his ſcriptis. quem
ſic excõicatum publice infra miſſa
rum ſolemnia coram ipſa multitu
dine ꝺ ambone nuncietis. diem ꝛc.
vt in forma citationis. datum ꝛc.
diẽ veſtre excõicationis ꝛc.

Declaratio forme.

N iſta forma ponitur narra
tio quomodo reꝰ ſit citatus ꝛ
non comparuit et fuit eius cõtuma
cia accuſata. ſed iſta ṽba que ſunt
narratiua non probant: vt in clemẽ
ti. litteris de proba. ergo oportet vt
de hoc conſtet per regiſtrũ cauſe ſeu
per acta ſcripta per tabellionem. et
ideo dictum eſt ſupra ꝙ õnia redi
gi debent in actis. Item i forma mo
netur reus ante excomunicationem
quia ſemper ſententiam excõicatio
nis et etiam alias ſententias cẽſure
precedere debet monitio. alias ipſa
ſententia excomunicationis eſt ĩiuſ
ta ex ordine. et eam proferens habe
bit penas de quibus in. c. ſacro de
ſenten. excõi. Et quando ſic fertur
ſententia excomunicationis premiſ
ſa monitione vel ſub conditione: ſi
monitus putauerit ſententiã iniuſ
tam ſeu monitionẽ per preceptum:
debet appellare infra tempus moni
tionis vel ante conditionẽ: ad hoc
vt appellatio ſuſpendat ſententiam
excomunicationis. de quo in. c. pre
terea de appel. Et debet monitio ha
bere temporis interualla competen
tia. vnde aliquando ponitur in mo
nitoriis vt infra. xii. quorum. iiii.
ꝓ primo. iiii. pro 2° et aliquos. iiii.
dies pro 3° peremptorio termino ac
monitione canonica aſſignamꝰ. de
quo in. c. conſtitutionẽ de ſententi.
excõica. li. vi. ſufficit tamen ſine ta
li expreſſione ſi alias ſit competens
terminus.

Quomodo decernitur excomuni
catio contra collegium aut vniuer
ſitatem.

I cõtra collegium vel vniuer
ſitatẽ eſt procedẽdũ quia vni
uerſitas vel collegium nõ poteſt ex
comunicari vt in. c. rhomana. §.
vniuerſitatem de ſenten. excõi. li.
. vi. tũc debet collegium vel vniuer
ſitas interdici. vnde dicitur tunc ĩ
forma ſingulis pſonis excõicatis:
in capitulum vel conuentũ ſuſpen
ſionem: et in eccleſias vel monaſte
ria interdicti ſententiã ferimus. vel
vniuerſitatem ipſam interdicimꝰ.
Si autem eſt epiſcopus vł ſuperior
primo debet ſuſpendi. deinde creſcẽ
te contumacia interdici. 3° excomu
nicari. vt in. c. ii. de offici. dele. li.
. vi. ſubiungitur in mãdato ex nũc
prout ex tunc et ex tunc prout ex
nunc. ſed hoc non oportet vt no. in

.c.preterea de conceſ.prebē.⁊ in cle
men.vnica de cōceſ.prebē. ſuper v
bo ex nunc. Item dicitur in forma
quem excōicamus in his ſcriptis
⁊c̄.quia ſententia excōicationis de
bꝫ ferri in ſcriptis.de ſentē.exco.c.
.i.li.vi.

Quomodo ꝓceditur ad aggraua
tionem.

Einde ſi excomunicatus perſe
uerat in ſua cōtumacia: iudex
procedet ad aggrauationē ſententie
vt creſcente contumacia creſcere de
bet et pena. vt lite nō conteſta.quo
niam in fi.et tunc ſolet ſcribi ſub iſ
ta forma.

Forma aggrauationis iudicis de
legati.

n Talis iudex tali rectori.ſalutē
in domino. dudū auc̄te apoſ
tolica nobis ī hac parte comiſſa ta
lem citauimꝰ ⁊ citari fecimus in ter
minū talem ad inſtantiam talis. et
quia in termino huiuſmodi compa
rere contumaciter nō curauit:nos ī
eum pro contumacia huiuſmodi tu
limꝰ ſententiā excōicationis ⁊ ipſū
mandauimus excōicatum publice
nūciari. Sed quia idem N ī huiuſ
modi ſua contumacia perdurando
predictam excōicationis ſentētiam
temere contemnit ac damnabiliter
in ea perſordet. quare concreſcente
contumacia merito creſcere debet et
pena. vobis ⁊c̄.mandamꝰ quatenꝰ
predictum N excōicatū ſingulꝭ die
bus dominicis et feſtiuis accenſis
candelis et extinctis ſonantibuſqꝫ
campanis publice in ambone co
ram populo denuncietis et faciatis
tanqꝫ excōicatum ab ōnibus artius
euitari. datum et actū ⁊c̄.

Forma excōicationis cum moni
tione preuia iudicis ordinarii.

Ed ordinarii iudices breuiter
ſcribunt hoc modo. N prepoſi
tus ⁊c̄. et officialis tali rectori ⁊c̄.
Salutem in domino. Quia talis
citatus a nobis infra certum termi
num ad inſtantiam talis non com
paruit. quarꝭ vobis mandamꝰ qua
tenus eum peremptorie moneatis
vt adhuc infra. viii. dies continu
os acceptione preſentiū computan
dos: ſe cū predicto N amicabiliter
vel in iure componat. alioqui ipſū
excomunicamꝰ in dei nomine ī his
ſcriptis. quē ſic excomunicatū pub
lice de ābone nūcietis. datū noſtro
ſub ſigillo.

Forma aggrauationis iudicis or
dinarii.

Officialis. ⁊c̄ plebāo tꝭi. ⁊c̄ qa
talis excomunicatꝰ a nobis ꝓ
contumacia ad inſtātiam talis: hu
iuſmodi ſentētiā nō formidat: qua
re vobis mandamꝰ quatenus ipſū
excomunicatū ſingulꝭ diebus domi
nicis. accenſis candelis et pulſatis
campanis publice de ābone nuncie
tis. datum ⁊c̄. etſi adhuc nō curat
parere iuri et petere abſolutionem:
tūc dirigitꝭ aliud mandatū ſub iſta
forma.

Reaggrauatio.

Officialis ⁊c̄.licet talem dudū
excomunicauimꝰ pro cōtuma
tia aggrauatione ſubſecuta ad inſtā
tiam ⁊c̄.ipſe tamen huiuſmodi ſen
tentias temere ſuſtinet animo indu
rato. quare vobis mandamꝰ quate
nus eum excōicatum et aggrauatū

publice ſicut prius nūcietis:inhibē
do ōnibus et ſingulis veſtris paro
chianis ne eidem ſic excōicato emē
do vendendo ſal.aquam.ignem.ci
bum.vel potum miſtrando.vel ali
as quouis genere comunionis pro
hibite participēt quouis modo.cō
trafacientes minoris ſententiam ex
cōicationis quā per hanc īcurrunt
fore ligatos publice nuncietis. Vel
ſic.alioquin contra ipſos per excōi
cationis ſentētias et alias penas ꝓ
ut expediēs fuerit procedem⁹. Et
ſciendū ꝙ participantes cū excōica
to regulariter incurrunt minorē ex
comunicationē cū ſit veīale.de quo
in.c.cum ſacris qđ metus cauſa.et
ibi plene per io.an.ſunt tamen aliq̄
perſone priuilegiate ſuper comunio
ne: ſic ꝙ licite cū excōicato partici
pant. de quibus in.c .quoniā mul
tos.xi.q.iii.et ī certis caſib⁹ ex eis
licite per alias perſonas cōicatur.đ
quibus in.c.ſi vere de ſenten.exco.
cū concor.Et licȝ participantes eti
am ante iudicis inhibitionem īcur
rant minorē:tamen īhibitio iſta fit
vt alii illas penas magis timeant.
nam plus timeri ſolet quod ſpecia
liter iniungitur ꝙ̄ quod generaliter
imperatur. ar. l. item apud labeo
nem.ꝗ.hoc edictum.ff.de iiur. Itē
ex hac conſurgit contēptus maior
videlicet qui contra prohibitionē
iudicis facit.vt no.ī.c.alle.ſacris.
comunicātes tamen excōicato non
poſſunt propter hoc excōicari maio
ri excōicatione:niſi primo cū nomi
natim et in ſpecie moneantur iuxta
formā et diſpoſitionem.c.conſtitu
tionē de ſentē.exco.li.vi. Poſtea
ſi nec ſic poteſt contumax a ſua cō
tumacia reuocari: ſolet indici ceſſa
tio a diuinis ꝙ̄diu fuerit preſens
excomunicatus. et iſtam etiam pre
cedere debet monitio.xii.q.ii.īdig
ne.et tunc ſcribatur ſub iſta forma.

Forma ſuſpenſionis diuinoꝝ.

Fficialis ⁊c̄ ꝗuis tal' ⁊c̄. dū
a nobis ſit excomunicationis
ſententia pro contumacia ad inſtan
tiam talis īnodatus diuerſis aggra
uationibus ſubſecutis.idem tamen
N ſententias huiuſmodi et penas
contemnēs eas temere ſuſtinet et in
eis perſordeſcit aīo indurato ſeu ob
ſcurato.vnde ſua exigēte contuma
cia magis aggrauare compellimur.
vel contra ipſum rigidius procede
re oportet.idcirco vobis mandam⁹
quatenus proconſules et conſules
maiores ipſius oppidi tales iam iu
ratos et potentes talis loci publice
moneatis vt īfra dies.viii. predic
tum N excomunicatum ab eorum
cōſortio participatione et comunio
ne eiiciant penitus et excludāt. vel
ꝙ̄tum in eis eſt ipſum inducant vt
ad ſancte matris eccleſie gremium
redeat. iuri pareat coram nobis.et
beneficium abſolutionis curet op
tinere. alioquin ꝙ̄diu et quotiens
idem excōicatus in eccleſia veſtra
vł eius terminis preſens fuerit.mo
ram traxerit. domicilium et manſio
nem habuerit.ceſſetis et ceſſari faci
atis ab officio diuinorū. quem ſic
ſuſpendimus in dei nomine in his
ſcriptis. datum. Aduertendū eſt
tamen ꝙ pro pecuniario debito nō
poteſt fieri īterdictum generale. vt
in extrauagāti ꝓuide bonifa.viii.

et an predicta ceſſatio cenſeatur ſpecialis vel generalis tractat io.cal. in tractatu de cēſuris eccleſie iuxta fi. Et in p̄dicta forma monētur maiores loci: quia per ſentētiam huiuſmodi per quā indicitur ceſſatio etiam ipſi puniuntur. ſed quia principaliter fertur ſententia contra cōtumacem: ideo etiam ipſe deberet pri⁹ moneri vt. ſ. alle. eſt. tamen predicta forma in forma ordinariorū frequentatur. ſed iſte forme non ſunt ita preciſe quia mutantur ſcd̄m diuerſitatem fori. tamen conueniunt ī effectu. et facile eſt ſtilum et conſuetudinem cuiuſlibet fori per practicā ſequi. Solent etiam iſti proceſſus aggrauatorū dilatari diuerſis modis ſcribendo ſic. vnde contra ipſū ſua otumacia expoſcente ad penas grauiores procedere nos oportet: vt quem timor dei a malo nō reuocat: coherceat ſaltem ſeueritas eccleſiaſtice diſcipline de vi. et ho. cle. c. clericos. Vel ſic. cum nos dudum talē pro otumacia ad inſtantiam talis duxerimus vīculo excomunicationis īnodandum: ipſe tamen otemptis eccl'ie clauib⁹ tanq̄ȝ inobediētie filius adhuc in graue ſalutis anime ſue preiudicium et ſcandalum fidelium pertinaciter in ſua cōtumacia perſeuerat. ideo ne de ſua poſſet cōtumacia gloriari et ne factum ſuum alii tranſeat preſumptori in exemplum: ſȝ potius pena ipſius ſit metus aliorum. igitur ꝛc̄. Et maxime quando ordinarius ꝓcedit ad correctionē exceſſuū ſolet ſcribere illo mō videlȝ. Idcirco ne facilitas venie aliis incentiuū tribuat delinquē di. vt no. in. c. alle. vt clericorum. Item ſi ea que male vſurpātur vel perpetrantur omittim⁹: exceſſus vi am aliis aperimus. vt. xxi. q. ix. loci. Vel ſic. q̄a abſcindēda ſunt vulnera: que fomentorum non ſentiūt diſciplinam. lxxxii. di. plurimus. Item vt alii eius exemplo a ſimilibus arceantur. de vi. et ho. clericoꝝ. cleric⁹. Itē ne facti peruerſitas aliis tranſeat in exemplum. Item vbi maior eſt culpa: maior exerceri debȝ et vindicta. de here. c. excomunicamus. §. credentes. Item vbi magis exceditur: eſt ſeuerius vindicandū. Item vt pena vnius ſit metus alterius. vt in. l. capitoliū. §. famoſos. ff. de penis.

Quando contumax pro contumacia ſuſpenditur ab officio et beneficio.

Oteſt etiam procedi otra contumacem ad ſuſpenſionem ab officio et beneficio. et qualis ordo ſit ſeruandus in inflixione penarū notat' in. c. cum non ab homine de iudi. quia alius eſt ordo quando pene ſunt infligende pro contumacia: et alius quādo pro crimine. vt ibi no. in glo. vlti. et ſuper ea. et de tanto maior eſt cōtumacia q̄ȝto a re minori inſurgit. vt in. e. c. cum non ab homine. Item ſi comparȝ corā iudice: non tamen vult reſpondere nulla cauſa iuſta ſe excuſante. vel illicentiatus recedit: reputabitur contumax vt dixi. ſ. in deſcriptione otumacie. Item debet citatus tempeſtiue arripere iter. quia ſi tarde arripit iter: ex impedimento ſibi in via contingente non excuſabitur. ita

colligit ab. in. c. cũ in veteri de elec.
et ibi per io. an. ſuper penulti. glo.
Et ſi citatus mittit procuratorem ⁊
ille nõ comparet ſed contumax effi
citur: propter talem contumaciã ꝓ
curatoris nõ debet dominus contu
max reputari. ſed tunc: quando do
minus eam ſcit et non purgat. vt ī
.c. i. vt lite non conteſta. et vt ſentẽ
tia excõicationis pro cõtumacia ꝓ
curatoris iuſte feratur contra domi
num: dat ibi hoſtien. cõſilium ꝙ iu
dex anteq̃ ſententiã ferat ſignificet
domino cõtumaciam procuratoris
aſſignando ſibi terminũ ad eũ pur
gandum ne poſſet pretendere igno
rantiam. et licet non poteſt dominꝰ
excõicari propter contumaciã pro
curatoris vt dictum eſt: poteſt tamẽ
contra ipſum miſſio fieri. vl' condẽ
nabitur etiam parti in expẽſis vt di
cunt hoſtien. et inno. in. c. alle. vt li
te nõ conteſta. ſed dominus habet
actionẽ contra procuratorẽ. de hoc
ibi plene.

Quando contumax cõparet et pe
tit abſolutionẽ.

Einde ſi cõtumax ſic excõica
tus veniat coram iudice et ve
lit ſtare iuri et petit abſolutionem:
debet abſolui receptã cautiõe ꝙ iu
ri pareat. vt in. c. qua fronte de ap.
et ad hoc eſt pars citanda pro qua
lata eſt ſententia excõicationis. da
to tamen ꝙ non vocetur: tenet abſo
lutio. de quo ibi no. et de iudi. c. i.
et in ſpe. de ꝯtumacia. §. fi. v. ſed
pone. dicũt tamen petrus. abbas. et
egidius. ꝙ pars ex hoc grauata po
terit appellare. et hoc ꝑcipue quan
do excomunicatus eſt pro manifeſ
ta culpa: quia tunc debuiſſet prece
dere ſatiſfactio. et recurratur de iſta
materia ad glo. ample in. c. ex litte
ris de offi. dele. ꝺ ſymo. ad aures.
de verbo. ſigni. ex parte cum ꝯcor.
vt lite non ꝯteſta. quoniam. §. in
aliis. Sciendũ eſt etiã ꝙ ſi excomu
nicatus ſtaret per annum partinaci
ter: ex hoc ſurgeret ꝯtra eum ſuſpi
tio ꝙ male ſentiret ꝺ articulis fidei
et ſic inducit ſuſpitionẽ hereſis. et
ex tali ſuſpitione que eſt probabil'
poteſt excõicari. et ſi tunc iterum in
tali excomunicatiõe lata pro ſuſpi
tiõe huiuſmodi perſeueraret per an
nũ: iudicabitur hereticus. de quo ꝺ
purga. ca. inter. de peni. graue. xi.
.q. iii. rurſus et. c. quicunq̃. Si au
tem citatus propter īfirmitatem vl'
aliam iuſtam cauſam impeditur ita
ꝙ venire nõ poteſt ad mandatũ iu
dicis et cauſa eſt ardua in qua non
tenetur conſtituere procuratorem:
debet mittere excuſatorem ſi impedi
mentum eſt temporale et ipſe eſt tal'
ꝙ per ſe ī iudicio ſtare poteſt. de qᵒ
in. c. querelam ꝺ procura. ibi plene
de hoc. ſi cauſa eſt modica: debꝫ mit
terē procuratorem. ſi autem ipſe cita
tus iuit vel miſit procuratorẽ et de
tentus fuit ipſe vl' procurator ī via
aut alias impeditus. ſi ex facto
alicuius hoc contigerit habet actio
nem contra doloſe detinentem ſeu
impedientem ſi eſt ſoluendo. ſi non
eſt ſoluendo: reſtituitur ex clauſu
la generali. l. alias. ff. ex qui. cau.
maio. in inte. reſti. de in inte reſti. l.
ſed et ſi. §. vlti. de quo in. c. litteris
de reſti. in ite. et in. c. cum bertoldꝰ
de re iudi. p ĩno.

Quomodo ſe habebit reus citatus qñ ↄparet.

Reus ergo ſi comparʒ: tūc licet ſuperbus humiliter. et licʒ melancolicus hilariter ſe debet iudici preſentare: ne iudicem eo exaſperet. et comparere debet in loco ad quem citatus eſt vel vbi per iudicem ius reddi conſueuit. et ſi eſt iudex delegatus vel alias non eſt iudex proprius ordinarius: ipſe non ſtatim ī eum vel iuriſdictionē ei9 conſentiat ſed premittat proteſtationem ꝙ per talem comparitionē vel actum faciendi coram eo nō velit in ipſum tā ꝗ in ſuum iudicem competentem aut in ipſius iuriſdictionem cōſentire: niſi inꝗtum tenetur de iure. de quo in ſpe. de ↄpari. ꝗ. hoc quoꝗ. Et aduertat ille qui proteſtationē facit: ꝙ illam clauſulam vel additionem niſi inꝗtum de iure teneor non omittat. vnde dicit inno. in. c. cumana de electione. ꝙ fatuus eſt qui comparet coram iudice ordinario vel delegato ⁊ proteſtatur ꝙ nō cōſentit in eius iuriſdictionē: quia poteſt iudex ex hoc eum pronūciaꝛ contumacem. ꝺ iudi. c. i. ꝺ verbo. ſignifi. ex parte. i. quia noluit ſtare iuri. ⁊ ſic potuit excomunicari. ſec9 ſi addat in proteſtatione: niſi inꝗtum de iure debeo: ſcꝺm eum. et ſi reus cōparet per procuratorem: petat actor vt procurator doceat de mandato: qꝺ ipſe oſtendere debet ⁊ non occultaꝛ. ꝺ app. ſepe ī pricipio. ⁊ ſi procurator producit mādatū: pars aduerſa petat copiam et inducias deliberādi ſuper eo. ⁊ idem eſt ſi actor per procuratorē comparet: tunc reus vel procurator eius petat copiam ipſius et terminū ad ipugnādū ſi videbitur ſibi expedire. reus etiā vel procurator ipſius ſi iudex eſt ꝺ legatus: petat copiam ſibi fieri ſue iuriſdictionis. de offici. dele. cū in iure. petat etiam originale reſcriptū ſibi fieri vel exhiberi. vt ibi no. et ſimiliter terminū dari ad dicendum et ad opponēdum ſi voluerit cōtra reſcriptum. et iudex habet illa decernere. alias eſſʒ locus appellationi. prout ſpe. de hoc tradit formas in trac. de libelli concep. in ti. de appella. in vi. forma. et iſta ōnia per partes vel eorum procuratores petita ac per iudices decreta et admiſſa: per notarium cauſe debent in actis conſcribi. Et poteſt ſic ſcribere notarius.

Notarius ōnia acta per partes in iudicio regiſtrare debet hoc modo.

Anno domini. die tali comparuit corā tl'i iudice tl'is cleric9 vel laic9 vel ipſius procurator qui mādatū ꝓcuratoriū infraſcripti tenoris produxit. ⁊ talis ad ſui inſtātiam in diem et horam huiuſmodi citati: querimoniis ipſi9 reſponſurus contumaciam accuſauit: petēs eum ꝛputari contumacē. Ex aduerſo comparuit: iudice adhuc pro tribunali ſedente talis principalis vel talis eius procurator et nomine ꝓcuratorio petens reſcriptum apoſtolicum cauſe originaliter exhiberi: ac eius et procuratorii predicti copiam ei decerni et tradi. et competētem terminū ad dicendum contra reſcriptū ac mandatum huiuſmodi ſi ſibi opetierit aſſignari. cui iudex

ipſe reſcriptum originale exhibuit:
ipſiuſq; ꝛ mandati petiti ſibi copiã
fieri decreuit . et talem diem ad im
pugnandũ predicta pro termino p
emptorio aſſignauit. Vel in perſo
na iudicis ſic poteſt formari . anno
domini ꝛc. comparuit talis coram
nobis ꝛc. Cui exhibuim9. decreui
mus. et aſſignauimus terminũ. vt ĩ
forma precedenti. In termino ergo
ad predicta aſſignato: ſi actor pro
curatorem rei vel ſi reus procurato
rem actoris vel reſcriptum vel iuriſ
dictionem iudicis impugnare po
tuerit ex aliqua cauſa impugnet .
et que poſſunt opponi cõtra reſcrip
tum vel procurationem procurato
rii: tractat guil. in ſpecu. de reſcrip.
p̄ſenta. et de ꝓcura. et de iudi. ope.
ade. ꝛ ſi non competit ſibi exceptio
contra predicta: petat ſibi edi libel
lum. ꝛ iſtum regulariter actor edere
tenetur. vt. iii. q. i. offerat. de libel.
obla. c. i. Et dico regulariter quia
fallit in caſibus qui ibi notantur .
et per hoc reus nõ conſentit in iudi
cem. vt no. ĩ. c. inter monaſterium
de re iudi. niſi per aliũ actum talis
conuerſus preſumatur. vnde vtile
eſt ſemper de hoc proteſtari. vt dixi
ſupra.

Forma procuratorii ſub ſigillo cõ
ſtituentis.

In nomine domini amen ꝛc .
Modo conſueto. Nota ꝙ mã
datum procuratorii poteſt etiam ꝓ
bari per litteras conſtituentis ſigil
lo ſuo ſigillatas. de procura. ex inſi
nuatione. de ſenſi ſopite. no. in cle.
. i. de procura. Et ille ẽ ſpecialis caſ9
in quo ſigillum priuati facit fidẽ .
ꝛ quãdo in litteris ſuis conſtituẽs
dat ꝓcuratorium debet litter̄ ille di
rigi iudici vł aduerſario. de quo in
ſpecu. de procura. §. ratione autem
forme. v. ii. Tunc autẽ erit iſta for
ma. honorabili viro officiali vel iu
dici tali. talis quicquid poterit ſer
uitii reuerentie et honoris. in cauſa
ſeu cauſis que vtitur aut verti ſpe
ratur inter me ex vna et talem ex al
tera partibus in iudicio coram vo
bis. modis et formis melioribus et
efficatioribus quibus poſſum ꝛ de
beo facio. creo. conſtituo. et ordino
meos veros et legitimos procurato
res ꝛc. vt in forma alia.

Declaratio forme mandati procu
ratoris.

Conſtituitur etiam procura
torium apud acta. et poteſt cõ
ſtitui procurator clericus vel laic9.
vt in. c. i. de procura. i. reſponſo li.
. vi. et procurator conſtitut9 poteſt
ãte litem conteſtatã libere reuocari:
poſtea nõ licet niſi in caſib9 de qui
bus in. c. ii. de procura. li. vi. Et in
qua etate poſſet conſtitui: habetur ĩ
. c. qui generaliter. e. ti. li. vi. Item
et abſens et preſens poteſt conſtitui
. e. ti. licet li. vi. Item in forma mã
dati ponitur clauſula inſolidũ. vn
de ſine tali clauſula pluribus pro
curatoribus conſtitutis vnus ſine
altero non eſſet admittend9: niſi in
cauſa electionũ ꝛ in aliis cauſis ſpi
ritualib9 vbi iudex poteſt ydoneio
rem eligere. vt in. c. ſi duo de procu
ra. li. vi. Subditur clauſula ꝙ
non ſit melior conditio occupantis
ꝛc. quis ſit iſtius clauſule effectus
habetur in. c. ſi duo iam alle. ibi de

h°. Et vt habet' in forma: tũc ɔſtitu itur ꝓcurator ad agendũ ⁊ defendẽ dũ. vnꝺ ſi actor ɔſtituit ꝓcuratorẽ ſolum ad agendũ et nõ ad defendẽ dum: procurator talis defendere co gitur vel ſaltem dare defendere. vt dicitur et no. ꝺ procura. qui ad agẽ dum li. vi. in glo. et in ſpecu. e. § . . ꝺ. itẽ oppõitur. valȝ tñ ſi dicat ad agẽdũ ⁊ ad excipiẽꝺ: cũ excipere ſit defendere. vt no. in. c. imperator ꝺ iura. calum. Item ſi reus conſtitue rit ad agendum tantũ: condẽnandꝰ eſſet actori ad expenſas. ꝺ procura. conſtitutus. Itẽ dicitur ad dandũ et recipiendũ libellũ. litẽ ɔteſtãdã. et ſimilia que ſunt de ſubſtantia or dinis iudiciarii potiſſime exprimi debent. ſi tamen aliquoꝝ talium nõ eſſet facta ſpecificatio: per hoc non viciaretur ex quo dicitur primo ad agendum et defendendum. eſt tamẽ illa exprimeꝛ cautum. ⁊ ita ſeruat'. Item dicitur in forma ad preſtan dum iuramentũ de calũnia ⁊c. et ni ſi hoc exprimeretur nõ admitteretur ad huiuſmodi iuramẽtũ preſtãdũ. de iura. calum. c. vlti. li. vi. Sunt ergo alii actus pro quoꝝ exercitio procurare in fiendo requiritur ſpe ciale mandatum. qui enumerantur in. c. qui ad agendum de procura. li. vi. Itẽ dicitur in forma ab inter locutoria vl' diffinitiua appellãdũ. hoc poſſet: ymmo tenetur procura tor: etiam ſi non eſſȝ expreſſum. qa tenetur appellare vel ſignificare hoc domino ꝙ appellet ſi velit. non ta men tenetur proſequi appellationẽ nec poteſt niſi cõtineatur hoc in mã dato. Item dicitur alium vel alios

ſubſtituendũ hoc non poteſt procu rator ante litis conteſta niſi habeat ſpecialiter in mandatis. poſtea po teſt etiam ſi non contineatur in mã dato vt in. c. i. de procura. 2° reſpõ ſo li. vi. de quo ibi. Dicitur etiam in forma poteſtas ſubſtitutum ꝛuo cãdi. alias ſine tali clauſula vel po teſtate tradita nõ poteſt ſubſtitutũ reuocare. vt in. c. iii. de procura. li. . vi. Item ſubditur clauſula. et ge neraliter õnia et ſingula ⁊c. per iſtã clauſulam ꝗuis generalem. ex ver° generalitatis huiuſmodi nõ poteſt illa que requirunt ſpeciale manda tum exercere. de quo in. c. qui ad agendum de procura. li. vi. promi ſitqȝ ipſe conſtituens ⁊c. hoc debet contineri in mandato actoris qui ɔ ſtituit procuratorem. et clauſula q̃ ſequitur ſcilȝ iudicio ſiſti. iudicatũ ſolui ⁊c. pertinẽt ad reum qui habȝ cauere pro ſuo procuratore pro iu dicato ſoluendo ⁊ iudicio ſiſtẽdo. de quo de procura. c. mandato. ſed vterqȝ ponit' in mãdatis qa vterqȝ conſtituit ad agendum et defenden dum. Et dicitur quicquid per ip ſos procuratores factum fuerit. nã ſi diceretur quicquid per eos legiti me factum fuerit: nõ valeret. quia etiam quod doloſe fecit procurator valet et nocet domino ſuo. vt in. l. ſi procurator. ff. de dolo. no. vt lite non conteſta. c. i. ꝺ quo per io. an. in. c. relatio. xxii. q. i. et per iohan. an. in. c. fina. de dila. in nouella. et no. de procu. de procuratore in cle men. Et ſciendum ꝙ ille qui ſcien ter et ſine proteſtatiõe recipit inſtru mentũ vel litteras ſue procuratiõis

in quibus conſtituens cauet pro ipſo ſuper incluſis in mandato cogitur conſtituentem defendere. vt in clemen.i.de procura. Et aliquando conſtituitur quis procurator ad õnes cauſas generaliter et coram quibuſcunqꝫ iudicibus vel iudiciis. ꝺ procura.c.petitio.e.ti.qui generaliter li.vi. Aliquando ad certam cauſam coram certo iudice. Aliquando mandatũ limitatur ad certos actus tantũ. ſicut placet conſtituenti. Itẽ conſtituitur procurator ad iudicia vt iam viſum eſt: etiam quandoqꝫ ad negocia: et ad iudicia. quãdoqꝫ ſimpliciter. quãdoqꝫ in rem propriam et ſub certa forma quotiens cõſtituentẽ abeſſe cõtingat. et ſi ſimpliciter conſtitutus eſt: ſi tũc dominꝰ poſtea per ſe in eadem comparet vt cauſam tractet: cenſetur procuratorem reuocare niſi ꝓteſtetur. de quo in.c.penul.de procura.li.vi. Interueniunt quãdoqꝫ alie perſone in iudicio nomine alieno: videlicet nõie actoris vel rei. ⁊ quandoqꝫ ſine mãdato: cum cautione tamẽ data ꝙ ꝯiuncta perſona vel conſors eiuſdẽ litis. et que cenſeatur coniuncta perſona: no. de reſcriptis nõ nulli in fine cum remiſſionibus. aliquando ſine cautione vt tutor vel curator. et quomodo ille qui procurat cauſam collegii dicitur ſindicus vel yconomus. et quid ſit yconomus vel defenſor. orphanatrofos. caſtaldꝰ. ⁊c̃ Item ponit guil. in ſpecu. in parte prima in rubro de his qui ali. no. in iudicio interueniũt. ⁊ in ru. ſe. et non eſt vis in nomine an vocetur quis procurator vel ſindicus. vt i.c. petitio de procura. ſed bene eſt vis in modo conſtituẽdi: quia quãtum ad hoc bene curatur. de quo p inno. in.c. imperator. et in.c. cum cauſam de iura.ca. et debet eſſe procurator inſtructus vt dicã tempore ſuo. Et quia vt dictum eſt ſi nõ impugnat' per reum iuriſdcõ iudicis vel procuratoriũ actoris. nec aliqd opponit reus vel opponere poterit contra citationẽ vel aliam poſitionem ſed videt ſe deſtitutum exceptionibus que poſſent opponi ante libel. obla. vel ſi competant ſibi alique exceptiões. vult tamen eas reſeruare. ⁊ an hoc poſſit vt tutum ſit dicam loco ſuo circa materiã exceptionũ dilatoriarũ.

Reus petat libellum offerri per actorem.

